6637 d. m. | L. Vibusio Secun|do compital. | Lar. Aug., | Vibusia Thetis patro|no et coniugi opti|mo.

6637a Q. Obellio Q. | lib. Aequali | comp. VIvir. Aug.

Spoletii (XI 4818. 4810 vidit Bormann).

6638 C. Torasius C. f. Hor. Severus IIIIvir i. d., | augur, suo et P. Mecloni Proculi Torasiani pontif., | fili sui, nomine, loco et pecunia sua fecit[1]. Idem | ad celebrandum natalem fili sui in publicum dedit HS CCL, | ex quorum reditu III k. Sept. omnibus annis decuriones in publico | cenarent et municipes praesentes acciperent aeris octonos; item | dedit VIviris Aug. et compit.[2] Larum Aug. et mag. vicorum HS CXX, ut ex reditu | eius summae eodem die in publico vescerentur. Hunc ob merita eius | erga rem publicam ordo decurionum patronum municipi adoptavit.

Spoletii; in parte aversa olim extabat titulus supra N. 739 (XI 4815 vidit Bormann). — 1) Thermas videtur fecisse, quae quamquam restitutae a Constantio (supra N. 739), tamen postea quoque appellabantur 'Turasii thermae' (Cassiod. var. 4, 24; cf. Bormann C. I. L. XI l. c.). — 2) Compitalibus.

Alios titulos Spoletinos dedi N. 739. 925. 2777. 3127. 3492. 3707. 4911. 5272. 5532. Cf. N. 6551.

6639 . . [*Sa*]trio C. f. C. n. | [*C*]or. Barbaro | IIIIvir. iur. dic., | equo publ., patron. | Camertes | aere conlato ob | annonam quam | eis [*I*]IIIvir. suo | exhibuit; honore | suscepto conla|tionem remisit.

6640 C. Veianio C. fil. | Cor. Rufo fil., | aedili, IIIIvir. i. d., patro|no municipi et complu|rium civitatium, equo pu|blico, curat. rei p. Plestinor.[1] | dato a maximis impp. Anto|nino Aug. *//////////*[2] | Antonini Aug. f., flamini di|vor. Aug., Laurenti sacerdotio | ornato. Huius pater annonae | caritates saepius sustinuit, | epulum frequenter dedit. | Municipes Camertes ob plurim. | et maxima benef. patris eius et ips. | in se conlata. Honor. accepto | quot contuler.[3] remisit. Cuius dedic. epul[*um*] d. L. d. d. d.

Camerini in Umbria (XI 5634. 5635 vidit Bormann). — 1) Cf. Plin. h. n. 3, 114; C. I. L. XI p. 812. — 2) Rasura periit Commodo Aug. — 3) *Contulerant.*

Alios titulos Camertes dedi supra N. 432 (ubi memoratur foedus eis confirmatum). 2735.

6641 Camurenae | C. fil. | Celerinae[1] | flam. Feron. | municipi Septemp.[2], | municipes et incol. | Tuf. utriusq. sexus | ob merita eius. | H. a. i. s.

6642 L. Musetio | L. f. Ouf. | Sabino[3] | equo publico, | patrono municipi | Tufic. et municipi | Attidiat. et Cuprens. | Mont., pontif., augur., | IIIIvir. iuri dicund., | decuriones et plebs | ex epulis suis ob merit. | eius. L. d. d. d.

archive.org